Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



In diebus illis facto alexandro xpiano sub maximiano cesare: audiens maximianus post dies quindecim mittens accersiuit eum dicens illi. Alexander pnulla inquit alia te uocaui te n ut sacrifices. Comperi enim te derelinquentem deos nros. xpianum te esse effectum. Et hec dicens. pecyt sibi mensam quamqz appositam linteaminibus cooptam. ait ad alexandrum. Accede nunc et sacrifica. Scus alexander confirmans in gram dei respondit ad eum. Quare hoc facis cesar maximiane? Magnam tyrannidem exerces. Et ego quidem te uereri possum ut regem. uerumtamen ut deum amare n possum. Et cesar dixit ad eum. Iubeo te mori. n sacrificauis. Scs alexander dixit. Sed mors apud te illata. uita est apud deum. Nam ab hoc seculo recedenti est maior uita ad quam secedat. et regem singularem iustissimum creatorem nrm atqz uestrum possideat. In cuius responsione admiratus maximianus iussit eum sisti. et suasoryis quidem uerbis psuadebat ei dicens. Et si excusas inqt. sacrificare alexander. ul consentire sacrificantibus et isdem copulare. At illo tacente nihilqz tyrano respondente. iussit ministris ut adponerent mensam cum sacrificys. Scus alexander in celum respiciens dixit. Atqz utinam tantam m deus gram donaret. qui cuncta p ihm xpm postulantibus pstat. ut possem et tuam uoluntatem ad dei agnicionem conuertere. et uanissimam istam incredulitatem a te auertere. Sed tu quidem hoc insanabile habens malum ex uetustate. huic uanitati adherens credere n uis. Me autem uocauit ille qui ex gentibus ad suam gram olim uocare pmisit. Parce consilys tuis diabolicis. plange et cognosce actus tuos malos et crede in deum uiuum qui fecit omnia. Et maximianus motus ad tantam eius fiduciam dixit ad eum. Usqz nunc quidem ad esse tantum et conuocandari utentibus iubebam. uerum quia tu ultra quam oportet liberalibus usus es sermonibus actorem te et operarium appositis sacrificys tenere pcipio. Sanctus alexander hec audiens geminans suam fidem. psua uidelicet utilitate dixit ad eum. Ualde in ridiculum tuum pceptum suscepi. Ego enim deum colo celi qui me de hoc errore quo tu teneris ad legis sue cognicionem pduxit. et n ligna et lapides ab hoibus composita. ita uoluerint comminuere ad oro. q tu nunc ueneabiliter colis. Sed quid plorans agitasti tyranne gladium? Siquidem hoc m a te sacrificanti concessum est. Non enim tantum iudicor iniquitate quantum dei iusticia. cuius gram merui pticeps existere. ne ppter puam libidinem celestem gram amittam. Hec btissimo alexandro clara uoce ad tyrannos et reliquos uociferantem. commotus maximianus iussit astantibus ut de apposito sacrificio inuito ei offerrent. et ad plicitis armatis suadere pcipiebat. At ille btissimus amplius indignatus. et omnem admodum confundens regiam iniquitatem et eius pcepta. calce mensam percuciens. euertit cum oibus in ea appositis. Hoc itaqz furore repletus maximianus. et totus in iracundia feruens. fixit ad eius necem oculos. et iussit eum tradi uni ex ministris. ut eum duceret

G vii kl' Sept.